

IV.

Die Flechten-Gattung

A s c i d i u m F é e .

Von

Dr. A. v. Krempelhuber

in München.

Genus *Ascidium*, fundatum anno 1824 a celeb. Féeo (Essai sur les Cryptog. p. XIII) in *Ascidio Cinchonarum* Fée et anno 1856 emendatum a cel. Montagne (Sylloge gen. spec. cryptog. p. 364) pertinet ad illa lichenum genera, quae species minus numerosas comprehendunt. Antea tantum paucae species erant cognitae; plures modo temporibus novissimis detectae sunt. Est genus mere tropicum, extra circulos tropicos vix proveniens.

Quod enumeratio nostra sequens demonstrat, hucusque 29 species hujus generis notae sunt, inter quas ex Insula Borneo 11, Nova Granada 6, e Brasilia 2, e Guyana 2, China 1, India orient. 1.

Ascidium proximum est *Thelotrema* Ach, a quo praesertim differt stromate medullari scilicet.

Die Flechten-Gattung *Ascidium*, von Fée auf *Ascidium Cinchonarum* 1824 (Essai sur les Cryptog. p. XIII) begründet und 1856 von Montagne (Sylloge gen. spec. cryptog. p. 364) emendirt, gehört zu jenen Flechten-Gattungen, welche nur eine sehr mässige Anzahl von Spezies umfassen. Früher waren nur einige wenige Spezies dieser Gattung bekannt; erst in den neuesten Zeiten sind mehrere neue Arten entdeckt worden. Es ist diess eine rein tropische Flechten-Gattung und ist bisher ausserhalb der Tropen keine dazu gehörige Art gefunden worden.

Wie die nachfolgende Aufzählung zeigt, sind bisher 29 Spezies dieses Genus bekannt geworden, darunter von der Insel Borneo 11, von Neugranada 6, aus Brasilien 2, aus französ. Guyana 2, aus China 1, aus Ostindien 1.

Ascidium Fée steht der Gattung *Thelotrema* Ach. am nächsten, und unterscheidet sich von diesem hauptsächlich durch sein Medullar-Stroma, nemlich durch

strato proprio, a quo sub strato corticali Verruca thallina, apothecium includens, investita est, quod stratum interdum amoene ex. gr. roseae, luteae etc. coloratum est, et praeterea verrucae fructiferae vertice plus minus umbilicato, qui ostiolo vel apertura rotunda aut fissa, plerumque a margine turgidulo cincto, instructus est.

In Ascidiis etiam semper deest s. d. perithecium vel excipulum internum membranaceum, Thelotrema proprium, primum clausum, dein lacero-dehiscens.

Sed etiam formae adsunt, in quibus hae notae valde recedunt, itaque parum conspicuae apparent, talesque tunc non facile a speciebus quibusdam generis Thelotrematis distinguendae sunt.

Et cum *Pyrenula* Ach. interdum adest quispiam affinitas. *Celeb. Montagneo*, qui putavit, genus *Ascidium* magis esse affine *Trypethelio*, quam *Thelotremati*, consentire non valemus.

eine eigenthümliche Schichte, von welcher die thalladische, das Apothezium einschliessende Frucht-Warze bekleidet ist und welche Schichte meistens schön, wie rosenfarbig, gelb etc., gefärbt ist, ausserdem auch noch durch den mehr oder weniger nabelförmig eingedrückten Scheitel der Frucht-Warzen, welcher in der Mitte mit einem Ostiolum oder einer rundlichen oder zerschlitzten, gewöhnlich von einem etwas geschwollenen Rande umgebenen kleinen Oeffnung versehen ist.

Bei den Ascidien fehlt immer das sogen. Perithezium oder innere häutige Gehäuse, welches den Species des Genus *Thelotrema* eigenthümlich, und anfangs geschlossen, dann zerreissend aufspringt.

Es kommen aber auch Formen vor, wo diese Merkmale nicht sehr deutlich auftreten, so dass alsdann solche Formen nicht leicht von manchen Arten der Gattung *Thelotrema* unterschieden werden können.

Auch mit *Pyrenula* Ach. besteht eine gewisse Affinität. Aber der Meinung *Montagne's*, welcher glaubte, das Genus *Ascidium* stehe der Gattung *Trypethelium* näher als der Gattung *Thelotrema*, vermag ich nicht beizustimmen.

Genus *Ascidium* etiam magnitudine apotheciorum sporarumque, quam possident pleraeque species, ex. gr. *Ascid. pomiforme* Krph., *Ascid. grande* Krph. etc. præ aliis eminet et inter lichenes crustaceos generibus maxime spectabilibus tribuendum sit.

In paginis sequentibus nunc omnes species hucusque cognitae enumeramus cum diagnosibus et descriptionibus, ab auctoribus datis.

Pleraeque nobis ex speciminibus typicis in herbario nostro asservatis bene notae sunt, exceptis speciebus Leightonianis ex Insula Ceylon, de quibus caeterum adhuc in dubio haesitamus, an vere omnes pertineant ad genus *Ascidium*.

Nam tales sporarum formas saltem, quales cel. Leighton in Commentatione ad species suas *Ascidium granulosum*, *pertusariaeforme* descripsit et in tab. 37 delineavit, in aliis speciebus generis *Ascidii* nunquam observavimus.

Das Genus *Ascidium* zeichnet sich auch durch die Grösse der Apothezien und Sporen, welche die meisten Arten desselben, wie z. B. *Ascid. pomiforme* Krph., *Asc. grande* Krph. etc., besitzen, vor allen anderen aus und es gehört dasselbe in die Reihe der ausgezeichnetsten Gattungen der Lichenen mit krustenartigem Thallus.

Nachfolgend werden nun alle zu dieser Flechtengattung gehörigen Spezies, welche bisher bekannt geworden sind, mit den Beschreibungen und Diagnosen der Autoren aufgeführt. Die meisten sind mir aus Original-exemplaren, welche sich in meinem Herbar befinden, gut bekannt, mit Ausnahme der von Leighton beschriebenen*) Arten von der Insel Ceylon, bezüglich welcher ich übrigens noch in Zweifel bin, ob sie alle auch wirklich zur Gattung *Ascidium* gehören. Denn solche Sporen-Formen, wie sie Leighton in seiner Abhandlung bei *Ascidium granulosum* Leight. und *Asc. pertusariaeforme* Leight. beschrieben und auf Tab. 37 abgebildet hat, habe ich bei andern Spezies von *Ascidium* niemals beobachtet.

Leighton, On the Lich. of Ceylon, in: Transact. of the Linnean soc. of Lond. Vol. XXVII. 1869.

Ascidium Fée.

Char. emend. a Montagne. — Apothecium (verruca) hemisphaericum apice depresso umbilicatum, poro marginato apertum monocarpum, Stroma*) medullare, pulverulentum. Perithecium carbonaceum, atrum, conico-hemisphaericum, subtus deficiens, apice poro pertusum, nucleum pallidum mucilaginosum tegens. Asci maximi, paraphysibus immixti mono-aut pleiospori. Sporidia fusiformi-oblonga multicellulosa.

Thallus crustaceus membranaceus effusus, laevis aut granulatus, strato medullari albo aut roseo pulverulento insignis.

Genus eximum Trypethelio, quam Thelotrema magis affine, sed ab utroque distinctissimum. A priori autem, quod verruca stromateque thallode approximatur et quodammodo refert, perithecio solitario-incompleto, verruca ostiolata marginata sporidiorumque forma ab eodem maximo distat; a posteriori vero forma perithecii nunquam discoideo-aperti velique defectu nec non fructificatione recedit. — Mtgne.

a. Sporae 1—2, maximae, elongato-vel oblongo-cylindraceae, apice utroque rotundatae, 10—18-septatae.

1. *Ascidium granulosum* Leight. On the Lich. of Ceylon p. 171.

Thallus sordide olivaceus, vix crassus, minute verrucoso-granulosus; apothecia in protuberantiis thallinis minutis sparsis numerosissimis conico-hemisphaericis laevigatis, ostiolo minuto perforato margine tenuissimo circumcincto, spora 1, incolor, maxima, oblongo-cylindracea, 17-septata, jodo caerulescens.

Ceylon, im Süden der Insel.

Perithecium dimidiatum, tuscum, basi deficiens.

Paraphyses distinctae, jodo non tinctae.

*) Stroma ist die innere (Medullar-) Schichte der das Excipulum umgebenden thallodischen Bekleidung.

2. *Ascidium pertusariaeforme* Leight. On the Lich. of Ceylon p. 170.

Thallus sordide cinerascens, tartareus, crassus, rugulosus, sparsim granulosus, hinc inde rimoso-areolatus; apothecia in protuberantiis thallinis majusculis inaequalibus discretis depresso umbilicatis, margine crassissimo turgido granulato-inaequali, ostiolo minuto infundibuliformiter perforato obsolete marginato; sporae 1 — vel 2, maximae, incolores, elongato-cylindricae apice utroque rotundatae, 11—12 septatae jodo caerulescentes.

Ceylon, Central Province.

Facie externa generaliter simillima *Pertusariae fallaci*.

Perithecium dimidiatum, fuscum, basi deficiens. Paraphyses graciles, distinctae, jodo leviter lutescentes, Thallus hydrate Kalico ochraceo tinctus.

b. Sporae 1—2, maximae, coloratae, 4-loculares.

3. *Ascidium grande* Krph. spec. nov.

Thallus sordide fuscescens vel sordide gilvus, cartilagineus, nonnihil rugulosus, ambitu limbo atro-fusco limitatus; apothecia (verrucae) permagnae (diam. 2,3 mm., alt 1,2 mm.), valde prominentia, pomiformia thallo concoloria aut fuscata, vertice nonnihil umbilicato, ostiolo minuto obscuro clauso, rarius aperto; intus perithecio depresso-globoso atro, nucleum gelatinosum sordide-album includente instructa, stroma medullare tenue, obsoletum vix conspicuo; sporae 5—6, elongato-ellipsoideae, 4-loculares, plerumque nonnihil curvatae et medio constrictae, maximae, long. 0,1540, crass. 0,0484 mm., primo hyalinae dein pallide-olivaceae; paraphyses filiformes, gracillimae, nonnihil intricatae et flexuosae bene conspicuae.

Brasilia, Prov. Rio Janeiro, corticola (coll. 6271 et 6273).

Species magnitudine apotheciorum sporarumque insignis, similis quoad faciem externam *Ascidio* nostro pomiformi ex Insula Borneo, quae autem sporas habet multo minores.

Secundum internam apotheciorum structuram *Ascid. grande* forsitan rectius ad *Pyrenulam*, quam ad *Ascidium* trahendum sit, inter species autem amborum generum sine dubio est species maxime spectabilis et ejus facies externa omnino ascidioides.

c. Sporae 1—8nae, oblongae vel fusiformi-oblongae, mediocres vel maximae (long. 0,052—0,240, crass. 0,007—0,036 mm.), 10—30 et ultra-loculares.

4. *Ascidium orthomastium* Krphbr. spec. nov.

Thallus albidus, sat tenuis, substratum continue obducens indeterminatus (ut videtur), superficie (in speciminibus praesentibus) ruguloso-rimulosa; verrucae solitariae, dispersae, hemisphaericae, prominentes, thallo concolores, majusculae (lat. circ. 1,8 mm.), extus vertice umbilicato, ostiolo aperto amplo immarginato intra obturato, intus perithecio atro subrotundo, nucleum nigricantem includente et stromate interno subfusco cineto instructae; sporae (secundum Doct. Koch Onosbalsensem, 2nae (?) in asco, fusiformi-oblongae, incolores, 10—12 locales, long. 0,052, crass. 0,007 mm., paraphyses graciles, filares.

Borneo. Ad corticem arboris cujusdam emortuae (coll. 247).

Species spectabilis, quoad faciem externam *Ascidio* dignitoso nostro subsimilis. Verrucae in speciminibus praesentibus paene omnes supra nonnihil intuscatae sunt, quod vero certe non est typicum, sed accidentale.

Sporas solum vidit et descripsit Doct. Koch Onosbalci, cui hunc lichenem communicaveramus; nos ipsi eas in speciminibus omnibus (sunt non pauca) frustra quaesivimus.

5. *Ascidium Cinchonarum* Fée Ess. p. 96, tab. 32 f. 5, Suppl. p. 91.

Bogota, ad cortices arborum. alt. 2500—2600 metr. (Lindig. 2715, 745).

f. intermedium Nyl. Prodr. Fl. Granat. Addit p. 551.

Sporae 10—14-loculares, long. 0,036—0,050, crass. 0,008—9 mm. Pic du Caesta, corticola, alt. 1200 metr. (Lindig) Typus datur in coll. Lind. Nr. 5 quercicola, e Tequendama; etiam ad Rio Negro occurrit (idem), forma magis pura Krph. thallo tenuissime granulato-ruguloso, sporis 12—16-ocularibus (long. saepius 0,058—0,068, crass. 0,009—0,011 mm.) Nyl. Prodr. Fl. Nov. Gran. p. 51 (Lindig 2621).

6. *Ascidium discolor* (Ach. Synops. p. 118 sub *Pyrenula*) Nyl. Prodr. Flor. Nov. Granat. Additam. p. 55.

„Crusta cartilagineo-membranacea laeviuscula glaucescente; apotheciorum verrucis gibbosis pallidis supra depressis, ore immarginato e papilla elevata suboccluso.“ Ach. l. c.

In America ad cort. Cinchonae flavae.

Adnot. Achariana. Fere unica est hujus generis (Pyrenulae) species, cujus Verrucae externe aliter coloratae sunt, quam ipsa crusta. Os verrucarum a papilla perithecii fere obturatus, nec alia pars ipsius perithecii denudata.

var. dodecameron. Nyl. l. c. p. 551.

Thallus albidus vel pallidus sublaevis vel granulose-inaequalis, apothecia mediocria vel sat magna (margine thallino crasso firmo, demum diam. usque 2 mm., sed vulgo diam. circ. 1 mm.); sporae, 8 oblongae vel fusi-formi-oblongae, saepissime 12-loculares, long. 0,038—058, crass. 0,009—012 mm., jodo coerulescentes.

Tequendama, quercicola, alt. 2500 metr. (Lindig Nr. 4) Obs. Pyrenula discolor Ach. est minus evolutum dodecameron nostrum, crescens immixtum cum Asc. Cinchonarum, cujus sit varietas protuberantiis thallinis apotheciorum supra haud depressis, margine ostioli (demum dilatati) crasso turgido. Nomen discor Ach. respicit statum minus evolutum, ostiolo „suboccluso“ in specimine archetypo hb. Ach. sporae 12—14-loculares, long. 0,056—072, crass. 0,011—012 mm.

7. Ascidium triglyphicum Krphbr. spec. nov.

Thallus pallide cinereo-fuscescens vel testaceo-pallidus, tenuis, nonnihil rugulosus, (ut videtur) indeterminatus; apothecia (verrucae) subhemisphaerica, depressa vel plano-convexa, majuscula (diam. circ. 1,75 mm.), extus thallo concoloria, vertice subumbilicato et ore minuto regulariter tri-vel quadrifisso instructa, intus autem, perithecio atro subconico vel subrotundo, subtus deficiente, et a stromate medullari niveo circumdato, supra aperto, nucleum gelatinosum pallidum et praeterea in ejus medio columellam atram teretem usque ad orem paene eminentem includente; sporae 1—2 fusiformi-oblongae, interdum nonnihil curvatae, incolores (loculis transverse oblongis), long. 0,075—090, crass. 0,015—017 mm.; paraphyses capillares.

Borneo. Ad cortices (coll. Nr. 129 b.).

Species facile dignoscenda verrucis plano-convexis ore tri-vel quadri-fisso ornatis, stromate medullari niveo et structura singulari perithecii interni.

8. *Ascidium Domingense* (Fée) Nyl. Enum. gén. des Lich. p. 118; Prodr. Fl. Nov. Granat. p. 50.

Thecae monosporae. Sporae fusiformes transversim 26—32-loculares, demum fuscae, long. 0,150—0,240, crass. 0,023—0,036 mm., jodo intense violacea tinctae.

Villeta, ad cort. arb., alt. 2000 metr.; Bogato, alt. 2500—2600 metr. (Lindig Nr. 2795, 806, 2647, 2683).

Observ. Vix differt *Ascidium rhodostroma* Mont, nisi verrucis apotheciorum intus strato roseo (ubi est album in *A. Domingense*). Forsan specie haud sint separanda *A. Domingense* et *A. rhodostroma*.

Occurrit etiam var. *xanthostroma*, verrucis apotheciiferis intus vitellino-flavis in Cuba (ex herb. Tuck.); sed forte sit forma accidentalis.

9. *Ascidium rhodostroma* Mont. Cryptog. Guyan. Nr. 46 planch. 16 fig. 4.

Thallo membranoe acolivaceo-fulvescente subgranulato; apotheciorum verrucis hemisphaericis magnis vertice umbilicatis ostiolatis, ostiolo-ut in *Thelotrema* mammoso, regulari marginato, stromate pulcherrime roseo, perithecio atro conico sursum incrassato, subtus deficiente; ascis fusiformi-clavatis sporidium singulum, maximum, fusiforme, subquadragesies nucleolatum foveantibus.

Guyana, ad corticem.

Verrucae illis *Ascid. cinchonarum* duplo majores nucleum continent circa 1 mm. profunde cortice immersum. Perithecium subtus apertum. *Ascidium cinchonarum* habet perithecium stromate albo obvelatum, contra in *Ascidio rhodostromate* stroma est amoene rubrum. Hujus sporae fusiformes, magnae, 0,070—0,20 mm. long., crass. usque ad 0,025 mm., 30—40 nucleos lentiformes foveantes.

10. *Ascidium rhabdosporum* Nyl. Regensb. Fl. 1864 p. 617; Prodr. Flor. Nov. Granat. Additam. p. 552.

Thallus albidus tenuis rugulosus vel subgranulato-inaequalis, hinc inde rimosus, determinatus; apothecia in protuberantiis majusculis (lat. 2,5 mm. vel nonnihil minoribus) obtusis inaequalibus (subrugosis vel subgranulato-inaequalibus) ostioli depressi margine haud prominulo, epithecio nigro, hymenium depressum (lat. 0,9—1,2 mm., alt. ca. 0,25 mm.); sporae 1—8 in thecis (saepius

1—4) fusiformes 26—34 loculares, long. 0,175—0,205, crass. 0,015—0,017 mm. (jodo coerulescentes).

Pie de Cuesta, ad corticem arboris alt. 1200 metr. (Lindig).

Obs. Sporis minus crassis mox differt ab *Ascidio Dominigense*, quo saepius est nonnihil majus. Ubi sporae 6—8 in thecis occurrunt, minores sunt, long. 0,110, crass. 0,015 mm., loculis 20 vel etiam magis reductae.

Thallus (ut in congeneribus) hydrate calico ochraceo tinctus. Stroma apotheciorum laterale (protuberantiarum) album. Ostiolum 0,2—0,3 mm. latum.

11. *Ascidium granuliferum* Krphbr. spec. nov.

Thallus pallide fuscescens vel testaceo-pallidus, totus granulatus, indeterminatus; apothecia (verrucae) magna, diam. circ. 1,5—1,7 mm., thallo concoloria, eademque ac superficies tota granulosa, lepresso-hemisphaerica, vertice nonnihil umbilicata, ostiolo subrotundo aut leviter incisso instructa; perithecio (laterali) fusco-atro vel atro, subtus deficiente, supra aperto, nucleum gelatinosum obscurum includente et stromate niveo medullari (scilicet sub strato corticali locato) obtecto; sporae 2—4 nae, fusiformi-oblongae vel fusiformi-cylindraceae, 30 (et ultra)-loculares, loculis transverse oblongis incolores, permagnae, long. 0,110—180, crass. 0,013—0,018 mm., paraphyses capillares.

Borneo. Ad cortices (coll. Nr. 197). Forma pallidior, thallo et verrucis minus evidenter granulosis, sublaevibus in eadem collect. sub Nr. 96.

Species eximia, thallo et verrucis pulchre granulosis, dein sporis permagnis valde distincta. Superficies thalli verrucarumque hydrate Kalico fusco-rubens.

12. *Ascidium melanostomum* Krph. spec. nov.

Thallus glaucescens tenuis rugulosus vel subgranulato-inaequalis, continuus aut diffracto-areolatus, ut videtur indeterminatus; apothecia in protuberantiis thallinis majusculis (lat. ca. 2,0 mm.), obtusis, inaequalibus subrugosis vel nonnihil subgranulato-inaequalibus, vertice ostiolo aperto vel obturato, ab annulo nigro integro vel interrupto tumque frustulis prominulis orbiculatim circa ostiolum dispositis cincto instructa, perithecium atrum, depresso-globulosum, nucleum albidum hyalinum includens, extus stromate medullari niveo sub strato corticali obtectum; sporae 1—3 magnae

elongato-fusiformes, hyalinae, 25—30-loculares, loculis transversim lenticularibus uniseriatis, long. 0,090—0,100, crass. 0,022—0,24 mm.; paraphyses longae, filiformes, validae, valde conspicuae.

Brasilia, Prov. Rio Janeiro, corticola (coll. 5573).

Species insignis, affinis *Ascidio rhabdosporo* Nyl., sed statim verrucarum ostiolis nigro-annulatis dignoscenda; verrucae interdum vertice leviter infuscae.

Perithecia parte inferiore substanticae corticis, in quo lichen ortus est immersa, quae etiam perithecii latera attingit.

d. Sporae 8 nae, oblongae vel ellipsoideae, 8—9-loculares, loculis mediis binucleolatis.

13. *Ascidium thelotremoides* Leight. On the Lich. of Ceylon p. 170.

Thallus albedo-glauescens, concretus, effusus, laevigatus, opacus; apothecia in protuberantiis thallinis leviter elevatis parvis depresso-umbilicatis discretis vel subconfluentibus immersa, margine crasso tumido laevigato, ostiolo mediocri acute marginato; sporae 8, incolores, oblongo-ellipticae, 8—9-cellulosae, cellulis centralibus binucleolatis, jodo caerulescentes.

Ceylon, Central Province.

Facie externa generaliter simillima *Thelotremati* concreto. Perithaecium dimidiatum, fuscum, basi deficiens. Paraphyses graciles, distinctae, jodo non tinctae.

Thallus hydrate Kalico ochracee tinctus.

e. Sporae 4—8 nae, ovoideo-oblongae, oblongae vel fusiformi-oblongae, minores vel mediocres (long. 0,010—0,030, crass. 0,005—0,008 mm.) 4—8-loculares.

14. *Ascidium pomiforme* Krphbr. spec. nov.

Thallus lutescens, crassiusculus, rugulosus, cartilagineus, indeterminatus (ut videtur); apothecia (verrucae) majuscula (diam. 1,5 mm.), dispersa, fulva, superficialia, subglobosa, pomiformia, vertice nonnihil umbilicato et ore minuto nigricante, intus autem perithecio subgloboso nigro, nucleum gelatinosum sordide-cinerascentem includente et a stromate medullari crasso sulphureo-subleproso circumdato instructa; sporae 8 nae, ovoideo-oblongae vel ovoideo-elongatae; 4-loculares simulque triseptatae, fuscae, long.

0,026—030, crass. 0,096—098 mm., paraphyses breves, graciles, intricatae.

Borneo. Ad corticem (coll. Nr. 63, Unicum!).

Species egregia nobilis, jam primo intuitu verrucis magnis fulvis pomiformibus facile dignoscenda.

Loculi vel sporoblastae sporarum globosae et septis interpositis separatae.

15. *Ascidium confluens* Krphbr. spec. nov.

Thallus albidus vel pallide fuscens, a verrucis superficiem thalli paene totam obtegentibus inaequalis, irregulariter dilatatus, ambitu linea atra cinctus; verrucae mediocres (diam circ. 1—1,2 mm.), hemisphaericae vel truncato-conoideae, prominentes, numerossissimae, solitariae vel plerumque plures confluentes, vertice ore minuto rotundo perforatae, intus nucleum fuscum, gelatinosum, subpyriforme, apice obtusum includentes, qui nucleus utrinque et infra a strato proprio angusto fusco, inter stratum alium tenue albissimum (-stroma medullare?) positum, circumdatus est. Sporae 4—6-nae, oblongae, hyalinae, 4-loculares, long. 0,010—014, crass. 0,007—008 mm.

Borneo. Ad cortices (coll. Nr. 201).

Sporae in speciminibus praesentibus rarissimae. Verrucarum ostioli interdum a nucleo incluso tumescente nonnihil obturati.

var. *polyporum* Krphbr.

Similis quoad faciem externam *Ascidio confluenti* nostro, sed verrucae magis confertae et regulares, rarius confluentes et quisque verruca ostioli pluribus minutis, immo minutissimis, instructa. Asci sporaeque desunt.

Borneo. Ad cortices (ut videtur exsiccatos), coll. Nr. 128.

Adtulimus hunc lichenem, in quo ascos et sporas frustra quaesivimus, tantum provisorio modo dubitanterque, ut varietatem ad nostrum *Ascid. confluens* et nescimus, an de hoc versemur in errore.

16. *Ascidium croceum* Krphbr. spec. nov.

Thallus macula tenui glaucescente (diam. ca. 10—12 mm.), ambitu linea nigro circumscripta indicatus; verrucae dispersae, hinc inde plures approximatae, parvae (diam. 0,5—0,6 mm.), thallo concolores, vertice depresso-umbilicatae, ostiolo minuto rotundo vel anguloso, leviter marginato, intus perithecio nigri-

cante depresso, supra ad lateres stromate interno (medullari) amoene croceo vestito et nucleum (hymenium) albidum includente instructae; sporae 8 nae, oblongae, hyalinae, demum fuscidulae, 4—6-loculares, minutae, long. 0,015, crass. 0,006—008 mm.; paraphyses non bene conspicuae.

Borneo. Ad cortices, inter lichenes alios maculas parvas efformans (coll. Nr. 31 c).

Species minutie apotheciorum et stromate interno croceo, tegumento thallino ablegato, valde conspicuo, a congeneribus valde recedens atque facile recognoscenda. Facies verrucarum illa Ascidi Cinchonarum Fée, sed verrucae Ascidii nostri multo minores.

17. *Ascidium chonestomum* Leight. On the Lich. of Ceylon p. 171.

Thallus fusco-olivaceus, tenuis, rugulosus, minuto verrucoso-granulosus; apothecia in protuberantiis thalinis mediocribus sparsis conico-hemisphaericis subdepressis laevigatis; ostiolum magnum infundibuliforme apertum fundo nudans perithecii ostiolum nigrum minutum tenuiter marginatum; sporae 8, incolores, elongato-oblongae, 5-cellulosae, jodo caerulescentes.

Ceylon, ad cortices im Süden. Perithecium dimidiatum, infra deficiens.

18. *Ascidium punctulatum* Leight. On the Lich. of Ceylon. p. 171.

Thallus sordide olivaceus, verrucoso-rugulosus, rimulosus, opacus, effusus; apothecia in protuberantiis thalinis parvis confertis valde depressis immersa, margine tumido laevigato, ostiolo magno aperto tenuiter vel obsoleto marginato; sporae 8, mediocres, incolores oblongae, 6-cellulosae, jodo caerulee fuscatae.

Ceylon, Central Province.

Paraphyses distinctae, jodo non tinctae. Species insignis, non aliis facile confundenda.

19. *Ascidium carnosulum* Krphbr. spec. nov.

Thallus sordide vel cinereo-carneus, tenuis, rugulosus, effusus, indeterminatus; apothecia (vertucae) numerosa (sed inter se segregata), minuta (diam. circ. 0,9 mm.), sordide carnea, prominula, depresso-hemisphaerica, vertice umbilicato, ore rotundo pro ratione amplo et nonnunquam albedo-pruinoso, intus perithecio subglobuloso nigricante aut fuscesciente, a atromate medullari niveo

circumdato: sporae 6—8 nae, hyalinae, ovoideo-elongatae, 6-lo-
culares, long. 0,027—028. crass. 0,005—007 mm.; paraphyses
capillares.

Borneo. Ad cortices (coll. Nr. 13 et 162).

Species colore verrucarum thallique sordide carneo (verrucae
ipsae thallo purius coloratae) facile agnoscenda cumque nulla
alia specie generis *Ascidii* commutanda.

Color thalli hydr. Kalic. madetacti rufescit et verrucae eodem
modo tractatae rubescunt.

20. *Ascidium phaeotropum* Krphbr. spec. nov.

Thallus plus minus fuscescens vel testaceus aut fuscus, te-
nuis, nonnihil rugulosus, irregulariter dilatatus, ambitu a linea
tenui nigricante cinctus; apothecia (verrucae) numerosa, majus-
cula (lat. circ. 1,75 mm.), thallo concoloria, depresso-hemisphae-
rica, prominentia (mastoidea), apice ostiolo minuto subrotundo,
intus autem stromate niveo, perithecio atro subgloboso, subtus
paene evanescente, supra papillato et nucleo nigricante instructa;
sporae 6—8, incolores, oblongae vel fusiformi-oblongae, 6—8-lo-
culares, long. 0,019—027, crass. 0,006—008 mm.

Borneo. Ad cortices (coll. Nr. 153 et 168).

Species quoad formam externam nonnihil similis *Trypethelio*
Columbiano Nyl., sed sporis et facie omnino ascidioide ab hoc
longe differt.

Verrucarum aperturae apicales hinc inde aliquantulum irre-
gulariter fissae et a papillula perithecii interni obturatae.

f. Sporae plerumque 1, rarius 2 vel plures in asco, permagnae,
murali-divisae vel septato-multiloculares.

21. *Ascidium isidiophorum* Krphbr. spec. nov.

Thallus (crusta) fuscescens tenuis, ut videtur late et irre-
gulariter in cortice dura diffusus, ubique in superficie excre-
scentias crassas isidioideas, dense stipatas, thallo concolores pro-
ferens, ambitu linea tenui nigricante cinctus; apothecia majuscula,
altit. 0,5 mm. lat. 1,6—1,8 mm., inter tegumentum isidioideum
thallinum dispersa, prorecta, crassa, truncato-conoidea vel trun-
cato-cylindrica, rarius depressa, extus thallo concoloria, vertice
profunde excavata, cupularia (vel interdum scutelliformiter am-
pliata), fundo albido plerumque obtuse papillata, papilla per-

forata; ostiolo minuto rotundato; perithecium interius primo fulvum dein nigricans, cupuliforme, extus stromate albo circumdatum; hymenium angustum, irregulare albidum vel pallido-roseum, jodo lutescenso, asci monospori, spora maxima, late fusiformis, murali-divisa, hyalina, long. 0,275—280, crass. 0,027—030 mm.; paraphyses filares, distinctae.

Borneo. Ad cortices (coll. Nr. 177, 207, 95 (hic. juv.)

Etiam in insula Singapore proveniens.

Species singularis, forma thalli et apotheciorum valde distincta. Exerescitiae isidioideae, totam crustam obtegentes, firmae, long. circ. 1,3 mm., crass. circ. 0,4—0,5 mm., apicibus crusta dilutiores, simplices vel furcatae, imbricatae; apotheciorum (verrucarum) margo saepe defricatus nigro-annularis apparet. Sporae in speciminibus praesentibus tantum raro adsunt.

22. *Ascidium pachystomum* Leight. On the Lich. of Ceylon p. 171.

Thallus olivaceus, tenuis, minute verrucoso-granulosus; apothecia in protuberantiis thallinis mediocribus sparsis depressohemisphaericis laevigatis, ostiolo mediocri rotundato perforato, crasso atque valde prominente margine circum-cincto; spora 1, incolor fusiformi-cylindracea, apicibus subattenuata, irregulariter et tenuiter subseptata, nebulosa, minutissimis murali-divisionibus, jodo caerulescens.

Ceylon im Süden.

Perithecium dimidiatum, nigrum, basiiciens, Paraphyses distinctae, gracillimae, longissimae, jodo non tinetae.

23. *Ascidium postpositum* Nyl. Prodr. Flor. Nov. Gran. p. 46

Thallus albidus tenuis subdeterminatus vel subeffusus; apothecia mediocria, in protuberantiis thallinis obtusis (lat. ca. 1 mm., vel minoribus) plus minusve discretis inclusa; margine crasso, ostiolo minuto, (diam, fere 0,2 mm.) fundo (epithecio nigro, interdum papilla obturascens alba; thecae monosporae, sporae incolores (aut demum vetustae leviter fusciscentes) oblongae murali-divisae, long. 0,105—0,180, crass. 0,023—043 mm. (jodo caerulescentes).

Tequendania, ad cort. Quercus, alt. 2500 mtr. (Lindig). In Louisiana, herb. Tuckerm.

Obs. *Thelotrema monosporum* Nyl. comparandum habet thallum magis album tenuissimum opacum, protuberantias apotheciorum depressiores vel obsoletas, apothecia et ostiola minora, sporas fuscas etc. Hymenium lat. ca. 0,5 (in *Th. monospora* lat. 0,25 mm.)

24. *Ascidium monobactrium* Nyl. Expos. Lich. Nov. Caled. p. 53.

Thallus tenuis pallidus vel sordide pallido-flavicans determinatus, passim nonnihil granuloso-inaequalis; apothecia in verrucis uberiformibus hemisphaerico prominulis (demum lat. 2 mm.), singulum in singulis inclusa, ostiolo annulatim discreto crassulo coronato, epithecio obscuro punctiformi profunde immerso, perithecio pro maxima parte nigro, infra plerumque vix obscurato, stromate verrucarum intus inferne et lateribus sursum versus ochraceo et superius albo: thecae monosporae spores maximae, cylindraceae (utroque apice paulum attenuatae), tenuiter murali-divisae long. 0,230—240, crass. 0,023—030 mm., jodo caeruleo-nigrescentes, paraphyses graciles.

Ad cortices in insula Maris Chinensis Labuan, Tonjong Kulong (Motley) ex herb. (Hook). Variat ibidem thallo crebre granuloso-inaequabili.

25. *Ascidium Massalongi* Mont. in Ann. sc. nat. Cent. 9. p. 174. (1860).

Thallo (crusta) laminoso nitidiusculo olivaceo, intus amylaceo crassiusculo albo; apotheciorum verrucis maximis, vertice depresso ostiolatis, ore ostiolo crassissimo, amoene regulariter tornato cupulari aperto; stromate albo; perithecio sphaerico subfusco sursum in cupulam (in sectione verticali) cornua bina simulantem dilatato; ascis longissime clavatis paraphysibusque stipatis cito deliquescentibus sporam singularem, omnium maximam multiloculosam oblongam $\frac{1}{4}$ mm. et quod excedit longam foventibus.

Asci juniores protoplasma conforme includentes longitudine fere semimillimetrum metiuntur. Verrucarum diameter 2 mm., altitudo $\frac{1}{2}$ mm. adaequat.

Planta vetusta verrucas deperdit in thallo fossulas relinquens.

Ex Indiis orientalibus relatum.

26. *Ascidium depressum* (Mont.) Nyl. (*Thelotrema depressum* Mont. Cryptog. Guyon. Nr. 240; Syll. p. 362.)

Crusta membranacea laevigata olivacea longitrorsum fissa, verrucis orbicularibus depressis, apertura punctiformi albo pulverulenta, perithecio laterali conico atro cortici defosso, sporidiis maximis elongatis (muralibus) cellulosis.

Guyana, in cortice quodam ignoto laevigato.

Crusta laevigata, hypophlaeodes, tenuis, illae *Thelotrematis Bonplandiae* subsimilis, colore olivaceo insignis, in speciminibus diffractis, quae ante oculos habemus, haud limitatus. Verrucae sparsae, orbiculares, subprominulae, ita depressa, ut nisi vitro augente adhibito vix conspicuae, bimillimetra et quod excedit, basin versus diametro aequantes, apertura minuta, rectius porum dicenda apice pertusae. Haecce autem $\frac{1}{4}$ millim. lata, fundo albo pulverulento, haud marginata. Perithecium tenuissimum, atrum, conicum, ore pro ratione amplo, nempe eandem cum apertura magnitudinem metiente, pertusum.

Nucleus mucilaginosus, albus, ex ascis longe clavatis paraphysibusque simplicibus, e fundo assurgentibus compositus.

Sporidia cito libera, maxima, tryptethelinis similiora, oblonga, utroque fine rotundata, hyalina, vigesies annulata, annulis multicellulosis; long. 18 centimm. (lat. 4 centimm. (in specim. e Nov. Granada spora (sec. Nyl.) ca. long. 0,200, crass. 0,038 mm.).

Brasilia.

27. *Ascidium interpositum* Nyl. Prodr. Fl. Nov. Gran. p. 50.

Facie externa est quasi inter *A. depressum* Mt. (*P. mammosum* Tuckerm) et *A. Domingense* intermedium, affini illi, at thalli macula, pallida subopaca et rugosa inaequali, thecis 2-sporis, sporis incoloribus murali divisis, long. 0,115—160, crass. 0,045—050 mm., jodo e caerulecente obscuratae.

28. *Ascidium dignitosum* Krphbr. spec. nov.

Thallus pallidus vel pallido-cinereascens, tenuis, continuus, ambitu limbo nigricante plus minus lato cinctus; verrucae hemisphaericae, magnae (diam. circ. 1,3 mm.), valde prominentes, thallo concolores; in speciminibus nonnullis dispersae, in aliis conferte dispositae, vertice nonnihil umbilicato, ostiolo nigricante minuto, leviter marginato, intus perithecio nigro lageniformi supra ad

lateres stromate interno (medullari) atro-fusco crasso vestito et nucleo (hymenio) cinerascete instructae; sporae 4—8 nae, multiloculares,*) fusiformi-oblongae, 18—20-loculamentosae, 4—5 loculis vel septis in quovis loculamento transversim oblongo (vel serie transversa), rectae vel nonnihil curvatae et flexuosae, hyalinae, magnae, long. 0,114—121, crass. 0,024—026 mm., paraphyses longae, capillares, numerosae, flexuosae et intricatae, bene conspicuae, immixtis cellulis hyalinis rotundis varia magnitudine.

Borneo. Ad cortices (coll. Nr. 31. b, 51, 194 et 46).

Species insignis, et verrucarum magnitudine et singulari forma sporarum facile cognoscenda. Stroma medullare atrofusum non semper conspicuum, praesertim in speciminibus vetustioribus

*) Lichenologie nonnulli has ambas formas sporarum, nempe sporam multilocularem et sporam murali-formem verbo uno, muraliformis vel murali-divisa designare solent, quod vero non est probandum, nam structura diversa. In spora muraliformi vel murali-divisa loculi (vulgo plus minus quadranguli) alter ad alterum sine interstitiis vel septis serierum transversarum singularum conspicuis, in spora multiloculari vero loculi, et quidem quaevis series transversa, adhuc loculamento proprio transversim oblongo conspicuo inclusa, conjuncti sunt, itaque differentia essentialis.

Tales sporas multiloculares (forsan melius septato-multiloculares dicendas) praebent ex. gr.: *Ascidium dignitosum* nostrum supra descriptum, *Graphis chrysocarpa* Eschw. et plures alii lichenes.

*) Einige Licheologen pflegen diesen zwei Sporenformen, nemlich der Spora multilocularis und der Spora muraliformem eine und dieselbe Bezeichnung zu geben, nemlich spora muraliformis oder sp. murali-divisa, was aber nicht zu billigen sein dürfte, da doch beide eine verschiedene Construction zeigen. Bei der Spora muraliformis oder murali-divisa sind die Querreihen der kleinen Fächer oder loculi (die gewöhnlich eine viereckige Form haben), eine an die andere ohne sichtbare Zwischenräume oder Querwände zwischen den einzelnen Reihen zusammengeordnet, bei der spora multilocularis aber sind die gewöhnlich rundlichen Fächerchen oder loculi, und zwar jede Querreihe derselben, noch in ein besonderes queroblonges Fach eingeschlossen, daher die Structur dieser Spore (spora multilocularis) von jener der spora muraliformis wesentlich verschieden.

Solche sporas multiloculares (vielleicht angemessener sporas septato-multiloculares zu benennen) besitzt z. B. *Ascidium dignitosum* Krph., *Graphis chrysocarpa* Eschw. u. m. a.

cum perithecio connatum, hoc vero tum multo crassior quam in junioribus.

Sporae juveniles in medio septatae (dyblastae vel 1-septatae), sed etiam in vetustioribus hoc septum medium adhuc permanet et bene conspicuum est.

g. Species, quarum sporae adhuc ignotae.

29. *Ascidium albogilvum* Krphbr. spec. nov.

Thallus pallide fuscescens vel sordidulo-albidus, granuloso-rugulosus, inaequalitates substrati continue obducens, indeterminatus; apothecia (verrucae) subhemisphaerico-depressa, dispersa, mediocria (diam, circ. 0,9—1,0 mm., pallide fusca (colore non-nihil intensiore quam thallodicius), superficie sublaevi vel inaequali, vertice umbilicato et ore minuto subrotundo instructa, intus perithecio fusco, crassiusculo integro, tantum supra aperto, nucleum nigricantem includente et stromate medullari niveo substrato corticali obtecto; sporae . . .

Borneo. Ad cortices (coll. Nr. 175).

Species affinis *Ascidio* granulifero, sed verrucis minoribus earumque colore et thalli forma diversa, praesertim vero perithecio interno fusco, tegumento thallodico verrucae remoto, evidenter visibili facile agnoscenda.

Frustra quaesivimus in speciminibus praesentibus ascos, sporas et paraphyses.

Thallum lichenis hujus simul parasitice incolit *Verucaria* quaedam, etiam nec ascis nec sporis praedita.

Index.

	pag.		pag.
Ascidium albogilvum Krph. . .	138	Ascidium Massalongi Mont. . .	135
„ carnosulum Krph. . .	132	„ monobactrium Nyl. . .	135
„ chonestomum Leight . .	132	„ melanostomum Krph. . .	129
„ Cinchonarum Fée . .	126	„ orthomastium Krph. . .	126
„ confluens Krph. . .	131	„ pachystomum Leight . .	134
„ croceum Krph. . .	131	„ pertusariaeforme Leight . .	125
„ depressum Mont. . .	136	„ phaeotropum Krph. . .	133
„ dignitosum Krph. . .	136	„ pomiforme Krph. . .	130
„ discolor Nyl. . .	126	„ postpositum Nyl. . .	134
„ Domingense Fée . .	128	„ punctulatum Leight . .	132
„ grande Krph. . .	125	„ rhabdosporum Nyl. . .	128
„ granuliferum Krph. . .	129	„ rhodostroma Mont. . .	128
„ granulosum Krph. . .	124	„ thelotremoides Leight . .	130
„ interpositum Nyl. . .	136	„ triglyphicum Krph. . .	127
„ isidiophorum Krph. . .	133		

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Bericht des Naturwissenschaftlichen Vereins Landshut](#)

Jahr/Year: 1877

Band/Volume: [6](#)

Autor(en)/Author(s): Krempelhuber August von

Artikel/Article: [IV. Die Flechten-Gattung Ascidium Fee 119-138](#)